

BUCHBINDEREI
CARL SCHULTZE
DUSSELDORF

nengt. Dez. 1939 unter Verantwortung eines
alten Deckelüberzugs des Ganzregalbestands

A.G. 9 fol.

Nr. 50

Proviantz : Archiv. Voets,

Nr. 51 Jülich-Bergischer
Vizekanzler

(+1685)

Das beigeheftete Einzelblatt von
Georg Keller zeigt die Belagung von
Jülich durch Moritz von Oranien,
August 1610.

(Vgl. Hogenberg, Geschichtsbücher,
Repr. 1983, Nr. 404.)

D. Sp. g. Kno 342.



Contenta hoc in volumine

1. Petri à Steilhagen. Successio Principum Julio
Oliviae ac montium, ex quo e comitibus in
duces electi sunt. Item Dominor. Heinbergens:
accidunt.

2. — Gudem Tetraslicha in Comites ac Dukes
Diverses cum notis. Durreld. 1639. /: omni
Augus: in vno: De neglecta hactenus patria
historia, inv. S. Inv. novi igni bauisq; uniu
seruissimisq; q; uallam, inv. mirem gryphos
nauigat.

[Praes.:] Montanus, Friedr. v. v. Georg:
3. (Ph. Tost. de Schatte, Protengal-montani), Disp. de
electoribus quas ecclesiasticis quas secularibus.

*
4. Erwähnung des Ludwig-Erlangium zu Wien
Osnaburg, n. Mozingen neß der Eure, Gallandt
in vrolyk ijen Niedermaynungs, formt Kurf
meyt ijen Mozzan in Rüppel gestoßen.

- * 3a. Boe, Jo. Andreas: De celeberrimo potentissimoque Imperio
Iurico. [resp.:] Alhard Hermann Kummer.
3b. Grimm, Simon: De Profanatione rei sacrae, vulgo Secularisierung
geistlicher Güter.


ao. 1305 in Die nativ: mar. Virg: Nos Theodericus permissione
divina Comes Clivensis universis eccl: cum igitur vir religiosus
N: magister et conventus caenobij B: marie Heynsberg: ordinis
premonstraten sis cum Rutgers fideli nostro Dno de Geilenkirchen
et uxore sua legitima

ao. 1275. Theodericus miles de Geilenkirchen

ao. 1296. in vigilia Severini Episc: Ludewicus de Geilenkirchen et
Catharina uxoris

ao. 1290. Theodericus de Geilenkirchen dictus Scheywart





SUCCESSIO PRINCIPVM
jVLJÆ . CLIVÆ.
AC MONTJVM

EX QVO

& Comitibus in Duces electi sunt.

jTEM

DOMINORVM HEINBER-
GENSIVM, QVI ANNIS QVINGENTJS ET
supra eidem dominio cum imperio praefuere
tanguam maioris operis delineatio.

ACCEDUNT

TETRASTICHA IN COMITES AC DV-
ces Clivenses cum notis
AUTORE

R. D. PETRO à STREIJHAGEN CANONICO
Heinsbergensi.

Omnis pro patria Labor et pro principe sumptus.

Sun Melchioris Voetij.

L.v.g. 342
= Bni





SERENISSIMO PRINCIPI,
Clementissimo Domino, *L. Glantz*
Dn. VVOLFGANGO VVIL-
HELMO NEOBVRGICO,
COMITI PALATINO RHENI,
BAVARIAE, IVLIAE, CLIVIAE AC MON-
TIVM DVCI,
COMITI VELDENTIAE, SPONHEMIAE MAR-
CHIAE, RAVENSBVRGI AC MVERSIAE,
DOMINO
RAVENSTEINII AC HEINSBERGI, &c.



Accipe MAIORVM seriem, vitasque TVO.
RVM,
Et quæ militiae gesta, domique damus;
Accipe, sed placido vultu CLARISSIMUS
PRINCEPS,
Inque tuos usus Schemata nostra lege;
Illustri quondam titulo viguisse videbis,
Magnanimos proceres, maganimosque Duces.
Et CLIVOS super- & MONTES fixisse tropæ
IVLIA qua VIRTVS sidera summa ferit.

A 2

Sed

*Id quid? ad arbitrium Domine jacuere cruentæ,
Nec potuere animo membra negare rogo:
no magis excelsa fuerit fas pectore ferre,
Vulnus ab interitu coniugis usque recens.
licet excipiunt nullum crudelia fata.
Et quos lex transit, nex quoque tangit heros.*


Sæ. Cnis, Væ.

Reuerentissimus Cliens,

Petrus à Streithage







ao. 1261. Theodoricus comes Clivensis et uxor nostra comitissa Aleidis



Sponsalia sunt celebrata Coloniae anno 1517. in die Sti Iohannis Baptista. viij. regient:
in uerbo frigidae vlnae pectoris

= Iohannam nuptiam Wilhelmo comiti Wedano





SCHEMA PRIMVM
DE DVCIBVS IVLIA-
CENSIBVS.

WILHELMVS Gerardi filius I. Iuliæ Dux vixit
Ludouico Bauaro, ac Carolo IV. Imp. Vxorem
habuit Iohannam VVilhelmi III. Hollandiæ
Comitis filiam, ex qua Gerardum Comitem
Montium, VVilhelmum successorem, & Phi-
lippam nuptam Godefrido Lossensi Heinsber-
gi D. suscepit. *Rebdor. Mag. Chron. Bel. Opm. Heute. B. v. Lan. Rosa. Ms. F*
Anno 1327. Ludovicum Bauarum in Italiam à Gibellinis euoc-
atum comitatus est. *Rosa.* Anno 1328. patrem anisit, eique in-
regimine successit. *Idem.* Anno 1330. cum Ludouico ex Italia
reversus est, unde errorem Valerij Andree, Munsteri, & Mersi corri-
gas, qui anno superiora Francofurti in Marchionem electum volunt.
Anno 1331. Philippo Franciæ Regi, qui bellum contra Ioannem
3. Brabantiae Ducem, propter suscepsum Robertum Atrebaten-
sem parabat, vnâ cum alijs Principibus adhæsit. *Dinans;* quanquam *Cap. I*
male Gerardum vocet, cum ex Hochsemio constet, fuisse eum fratrem Archi-
Colo. Anno 1333. Ludouico Flandriæ Comiti propter Mechili-
niam, quam ob Adolpho Marcano Epis. Leod. coemerat, adhaesit, & Rodam fortissimum juxta aquas municipium expugna-
uit. *Dinans.* Anno 1334. pace inter partes confecta, idque authori-
tate Regis Franciæ, 30. millia florenorum ex contractu accepit.
Idem. Eodem anno VValramum fratrem in Archi: Colon. elec-
tum, splendidissimo cum comitatu Coloniam deduxit. *Cleinsfor-*
ter. Rosa. qui mox anno sequenti, non 1331. vt volunt *Mag.*
Chron. B. & Mers. Monasterium Carthusianorum eo ipso loco;

SCHEMA I.

quo olim S. Seuerinus B. Martini animam in celum angelico eum concentu deportari viderat, & dificauit. *Rolleux.* Anno 1337. à Ludouico Bauaro ad Benedictum 12. legatus, cum Ruperto eius nepote destinatus est. *Rebdor. Erich.* Anno 1338. ab eodem in comitijs Francofurtenis in Marchionem electus est. *Honor. Cleinsor.* quod *Anna. Col. Erich. & Ms. male ad sequentem referunt.* Eodem anno oboro bello inter Philippum Valesium Franciæ, & Eduardum 3. Anglia Reges, suâ potissimum opera Eduardum Vicasium Imperij declarari procurauit. *Rosa.* Anno 1339. cum eodem Hanoniam ingressus, Cameracum, & Hanecourtium obsedit. *Hochse.* Anno 1340. ab eodem arbiter pacis cum Gallo inundæ constitutus est. *Dive.* Anno 1342. Collegium Canoniconum ex pago Stommelensi autoritate fratris, vna cum corpore D. Christinæ Nideckam transportauit. *Mers. Rosa.* Anno 1343. ab Eduardo affini (duas enim sorores duxerant) comitatum Cantabrigensem in Anglia dono accepit, & inter regni proceres cooptatus est. *Rosar.* quamvis littera antiqua cum titulum non præferant. Eodem anno pacem inter Adolphum Marchiæ Comitem, & VValramum fratre, vnam cum Adolpho Montium Comite constituit. *Cleinsor.* Anno 1347. oppignorationes variorum locorum, & præfecturæ Aquensis à Carolo quarto accepit. *Boerk. Rosar.* Anno 1359. VValramum fratrem Parisijs, quo propter Ludouicum Bauarum secesserat, amisit. *Mers. alij.* Sed *Rebdor.* Mortem violentam fuisse, & in castro Marchionum Badensium adulterans illatam ex communis fama tradit: quamvis addat naturalem, sed improbusam ab alijs excludatur. Anno 1350. coronationi Caroli 4. Aquisgrani interfuit, & cum Brandenburgico de loci prærogatiua dispuatuit. *Boerk. Rosa.* Anno 1356. Metis ab eodem in Ducem electus, & inter imperij Principes annumeratus est. *Auctores unanimiter, excepto Frossardo,* qui id Ludonie Bauaro, & Henrico, qui UVenceslao tribuit. Anno 1358. cum filiis castrum Butgenbachense obsedit. *Rosar.* Anno 1360. Gerardum primogenitum, Montium Comitem amisit. *Idem.* Anno 1361. relieto successore VVilhelmo secundogenito extinctus est. *Cleinsor. Anna. Col. Ms. alij.*

VVile



Wili
us I.
al. D

Zunc
e omi
ripre
ump
e ce
undu
y prs
ulie
m st
vns.
rasso
uum
ye.



F



SCHEM A L

3^o

VVilhelmus secundus Iuliæ Dux, vixit Carolo 4. Imp. vxo^s VVilh
 rem habuit Mariam Reinoldi 1. Geldriæ Ducis filiam, ex qua
 VVilhelmum, & Reinoldum successores, & Ioannam nuptam
 Ioanni Arkelij Domino suscepit, Røsa, Anno 1361, per mortem
 intempestiuam. Gerardus fratrī senioris parenti successit. Idem
 Anno 1362, confectis tabulis pacis inter Patricios, & plebem Lo-
 nonicensem, 3600, aureos, pro diligentī nauata opera dono acces-
 pit. Dine, Anno 1366, fundauit Altare B. Mariæ virginis in op-
 pido Castrensi, quod nunc in arce Iuliacensi est. Røsa. Anno 1371.
 VVenceslaum Brabantiae Ducem, propter mercatores aliquot
 detentos, aut spoliatos patriam inuadentem, ingenti prælio
 prope Bæsvileram deuicit. Mag. Chron. Bel. Radul de rino. Zantflie. cem si
 Frossar. Barlan. Dine. Lipsi. Bœck. qui tamen omnes, male Marchionem tuūt,
 vocant, (excepto M. Chron. Bel. quod etiam male primum Iuliæ Ducem vocat). crasso
 cum ex literis antiquis error ille facilè refutetur. An. 1372. proscriptione,
 quam in eum Carolus 4. tulerat propter fratrem in captiuitate rore.
 detentum, liberatus est. Bœck. Anno 1375. fœdus ad auertenda la-
 trocinia quæ passim siebant, cum varijs Principibus percussit.
 Annal. Colo. Anno 1378, oborto schismate in Ecclesia Leodiensi,
 negotio se immiscuit, verum irritatus insolentia Brabantini,
 breui post domum reuersus est. Rad. de rino. Anno 1380, ad coro-
 nationem Caroli 6. Galliæ Regis cum filio euocatns est. Frossar.
 Anno 1381, Bello Märkensi interfuit. Bochol. Anno 1388. cum Leo-
 dienses exercitu 40. millium propter mercatores aliquot bonis
 exutos in terram Iuliacensem iruerent; ægrè admodum datis
 nobilissimis quibusque obsidibus pacificauit. Rad. de rino, & Anna.
 Colon. qui tamen in anno & Autbore tantim alijs parum conueniunt. Eodem
 anno VVilhelmum filium jam tum Geldriæ Ducem, & propter
 Grauiam bellum cum Ioanna Brabantina gerentem, Carolo
 Galliæ Regi, qui consanguineæ in subsidium aduentabat, recon-
 ciliauit. Dine. Frossar. Rad. de rino. alij. Anno 1392. relicto successore
 VVilhelmo filio, ex hac vita abiit, Mag. Chron. Bel.

VVilh



Vilhel- **V** Vilhelmus tertius Iuliæ , ac quartus Geldriæ Dux , vixit
us III. **V** Venceslao Imp. vxorem habuit Catharinam Alberti Bauari
sl. ac 4. Hollandiæ Comitis filiam , ex qua nullam sobolem suscepit . **Ce-**
el-^{dris} terum ea sponsa Eduardi Geldriæ Ducis fuerat , qui anno 1371.
'xx. bello Iuliacensi occubuit , vnde hos versus doloris sui indices in
vestibus acu pictos circumtulit :

Heu mihi , quod , rapto latali vulnera pponso ,

In viduo degam virgo pudicathoro.

Anno 1373 defuncto Reinoldo Geldriæ Duci absque liberis
propter matrem Mariam eius sororem successit . *Erich.* Anno
1374. indictum sibi a Mechtilde mater tera bellum , indignata
cum sibi præferri , animose gessit . *Munsteru. Mf.* Anno 1386 , bel-
lum cum Ioanna Brabantia Duce ratione Grauiæ suscepit . *Dina:*
Barlan. Froissar. Radul. de rino. Magn. Chron. Bel. Anno 1387 . egregia
victoria Brabantinos devicit , potitus 18. signis militaribus , quæ
ad Aram D. Virginis Neomagi magno pietatis documento su-
spendit . *Vnde fraudem Barlands animaduertas , qui scribit Ioannam in-*
d' etiam sibi à Geldrie Duce Bellum ita gessisse , vi cum ille congregari non anderet ,
viètrix abierit. Idem. Anno 1388. ægrè à patre , & Episcop. Leodi-
ensi persuasus Carolum Galliæ Regem , quem literis acerbis
offenderat , accessit . coquè interueniente pacem cum Brabantie
na contraxit . *Idem.* Anno 1389. in Prussiam contra infideles pro-
fectus , militaris animi illustria admodum indicia exhibuit . *Mag.*
Chron. Bel. Froissar. Anno 1392. mortuo parente V Vilhelmo , Iuliæ ac
Geldriæ Ducatus coniunxit . *Rosar.* Anno 1396. Reinardum
Schonvorstæ , ac Sichenarum D. bello impetijt . *Boeck. Schon-*
vorstam deditio ne occupatam ait. Dina. vero à Ioanne Episco-
po Leodien . obsidione solutam , quæ duo admodum dissentient .
Anno 1397. bellum iterum cum Brabantina suscepit , *Dina.* Anno
1399. pacem denuo cum ea fecit . *Idem.* Anno 1400. vxorem Ca-
tharinam amisit . *Mag. Chron. Bel.* Anno 1402. Ludouico Arelia-
nensi cōtra Burgundum (foedere cum eo in odium Brabantino-
rum facto) 500. equites adduxit , sed breui post domum reuersus ,
diem





Vilhel- ² VVilhel
us III. VVence
sl. ac 4. Holland
eldrisa terum e
'xx. bello Iul
vestibus

H

An
propter
1374. in
cum sibi
lum cun
Barlan. E
victoria
ad Aran
spendit.
d Elum si
viatrix al
ensi per
offende
na cont
fectus, r
Chro. Bel
Geldria
Schonu
uorstan
po Leod
Anno 1:
1399. pa
rharina
nensi co
gum fac








diem extremum clausit Rosa. Hente. quod nonnulli male ad annum 1404. referunt.

Reinoldus IV. luliæ ac V. Geldriæ Dux, vixit Ruperto, ac Sis Reinol gismundo Imp, vxorem habuit Mariam Hanicourtiam Domiz IV. In nam Arschoti, ex qua sobolem non suscepit. Anno 1406. confis ac V. sus Ruperto Imp. Antonio Brabantiaæ Duci clientelam ratione Geldriæ Grauiæ debitam præstare recusavit, vnde bello ab eo petitus est. Dux. Ducus. Anno 1412. pacem cum VVilhelmo Hollandiæ Comite iniuit, Suffrid. Barlan. Anno 1414. Aquisgrani coronationi Sigis mundi Imp, interfuit, Goldaf. in constit. Imp. Anno 1417. Ioanni VVilhelmo Arkelij D. suppetias contra Hollandum submisit. Rosa. Anno 1423. subitanea morte defecit nullis relictis liberis, vnde Arnoldus Egmondaurus Geldriam contra Adolphum Montium Ducem occupauit. Vide Schema tertium.



SCHEMA SECUNDVM,

DE DVCIBVS CLI-

VENSIBVS.

DO LPHVS, Adolphi filius, I. Cliuiæ Dux, vixit VVenceslao, Ruperto, ac Sigismundo Imp. vxorem priorem habuit Agnetam Ruperti Imp, filiam, sed absque liberis; alteram vero Mariam Ioannis Burgundiæ Duci filiam, ex qua Ioannem successorem, Adolphum Rauensteinij D, Margaretham nuptam Duci VVichtenbergensi, Catharinam Arnoldo Geldriæ Duci, Mariam Carolo Valesio Duci Aureliañensi, matrem Ludouici duodecimi, Helenam, Henrico Duci Braunsquicensi, Agnetam Carolo Nauarræ Regis filio, & Elisabe-

B

tham

S C H E M A II.

thiam Comiti Stuartzenbergio suscepit. Anno 1394. parenti defunctori successit. Gerardus ab Horreo. & M. quod Munst. & Rota. ad annum 1389 referunt. Anno 1397. ingenti victoria VVilhelmu Montium Ducem auunculum, eiusque foederatos debellauit. Brunius Anna. Colon. alij modo dicitur. Anno 1405. Ioannem filium, qui in Aula Burgundica nutritiebatur, ad debellandum Ludouicum Aurelianensem, cum Philippo auunculo, eiusque fratribus Parisios profectum, accepit. Dux. Anna. Cl. Anno 1415. à Sigismundo Imp. in Concilio Constantiensis in Ducem sublimatus est. Genebrar. Cleinsor. quod aig adlatos annos referunt, sed minus recte. Anno 1420. Ordinibus Brabantiae, contra Ioannem Principem suum insurgentibus, & Philippo eiusfratri regimen tradentibus, adhaesit. Dux. Anno 1424. Dominium Gennepensem magnō ære ad Cliviam reduxit. Rosa. Eodem anno Theodoricum Archiepis. Colon. Gerardo fratri eius, ob comitatum Markensem irato adhaerens tem, fortiter repressit, donec per intercessionem Burgundi pax secuta est. Bochol. Anno 1444. Sufletenses, non sine perjurio nauo ut ait Mag. Chron. Bel. ad se deficiente, in protectionem suscepit. Cleinsor. Pius 2. Bochol. Ericb. Brunius. quod Chro. Eluan. male anno sequenti affig nat, uti & oppidum male Gros. vocat. Anno 1445. per Ioannem filium cum Philippo Lippiensi Comite foedus percussit, & cum eo oppidum Zantense Cliviæ adiecit. Rosa. Anno 1448. pie admodum defunctus est, relicto successore Ioanne filio. Gerard. ab Horreo. & M. quod Munst. & Rosa. ad annum 1443. referunt.

Ioannes II. Cliviæ Dux, vixit Frederico 3. Imp. vxorem habuit Isabellam Ioannis Estampij Comitis filiam, ex qua Ioannem successorem, Engelbertum maternæ hereditatis possessorem, Theodoricum, siue Philippum Archi. Remensem, tum Mariam Sabaudiæ Duei desponsatam suscepit. Munsterus in Comitibus Flandria. Rosa. in Annale's Clivenses. Anno 1450. magno pietatis documento Iherosolimam profectus est, & inter Equites sanctissimi sepulchri ascribi postulauit: Inde reuersus Romanum adjit, & quoniam Iubilæum erat, amplissimarum indulgentiarum sese participem fecit. Gerard. ab horreo. alij. Anno 1457. pacem inter Philippum







SCHEM A II.

7

Hippum Burgundia^e Duxem, & Dauentrienses, qui filium eius
nothum Dauidem in Episcopum Ultraiectinum accipere recusa-
bant, post 2. mensium obsidionem reconciliauit. Barlan. Anno
1462. oppidum Susatense, ac medium partem ciuitatis Zanten-
sis sententiâ Pijsecandi P. M. amisit. Clemsor. Anno 1477. casio
ante Nancœum Carolo Audace, cum fratre Adolpho Rauenstei-
nij D. Item Ioanne filio Gandavum ad Mariam, quam vnicam
heredem amplissimaram prouinciarum reliquerat, consolatio-
nis ergo profectus est. Bertelius. Barland. Heute. Suffrid. Anno
1481. relieto successore Ioanne filio extinctus est. Rosa. Anna. Cli.
Erich.

Ioannes
III. Cli-
nia Dux

Ioannes 3. Cluiæ Dux, vixit Frederico 3. Maximiliano I. &
Carolos. Imp. vxorem habuit Mechtildem Haßiq Landtgra-
uij filiam, ex qua Ioannem successorem, Adolphum juuenem
in Hispania delectum, & Annam Philippo V Valdeckenſi Co-
miti iunctam suscepit. Pighius in Genealogia Landgrauiorum, ubita-
men de posterè Mechtildem Ioanni secundo Cluiæ Ducis attribuit. Anno
1483. matrem Isabellam amisit Rosar. Anno 1486. aut circiter,
rosam auream ab Innocentio 8. dono accepit. Pighi. Anno 1498.
Maximiliano I. & filio eius Philippo confederatus est. Rosar.
Anno 1505. vxorem Mechtildem amisit. Idem. Anno 1507. Ca-
rolo Egmondano Geldria^e Principi, qui foedus cum Maximilia-
no initum abrupterat, subsidiarium militem submisit, qui cum
ille oppidum Thenense interceptit. Barlan. quamus Pighius longe alio-
ter de his scribat; neque Ioannem, Carolum Geldria Principem hostili animo
provincias ipsius inuidentem fortiter sape repulisse; qua velfalsa esse debent, vel
illud E. landi; Carolum cum Ioanne perpetuum fœdus habuisse. sed videant,
quibus maius otium, quomodo haec conciliari debeat. Anno 1521. viuis ex-
emptus est, relieto successore Ioanne filio.

Ioannes
Iulia, 4.
Cluiæ, a.
5. Mont.
Dux.

Ioannes IV. Cluiæ, ac per vxorem 8. Iuliæ, ac V. Montium
Dux, vixit Carolo V. Imp. vxorem habuit Mariam V Vilhelmi
7. Iuliæ, ac quarti Montium Ducis filiam, ex qua V Vilhelnum
successorem, Sybillam nuptam Ioanni Frederico Saxonie Ele-
ctori, Annam Henrico 8. Angliae Regi, & Ameliam in virginis
estate

8 SCHEMA II.

tate mortuam suscepit. Anno 1510. potentissimos Principatus coniunxit. *Rosa*. quod Munst. male ad annum 1495. refert. Anno 1520. Coronationi Caroli V. Aquisgrani interfuit, quo tempore inter eum & Saxonem, concertatio de præcedentia oborta est. *Hörst. Man. Sclaida. Heute. Surius. Rosa*. alijs in numeri. Anno 1521. patri defuncto successit. *Anna. Cl.* Anno 1524. vxoris matrem sive sorum, Sybillam scilicet Brandenburgicam amisit. *Rosa*. Anno 1527. Sybillam filiam Saxoni elocauit, quo matrimonio iuxta Cleinsforgium accedit, ut subditi paulatim ad Lutheri dogmata amplectenda incitarentur. *Bartholomeus Ringnaldus* in *Tractatu germanico de celo & terra, eam castigentis praconio exornat*. Anno 1529. Subsidarium militem contra Turcam Viennam obdidentem, submisit. *Anna. Cl. Rosa. alijs*. Anno 1535. in Anabaptistas Monasterium VVestphaliae occupantes. itidem copias adiunxit. *Cleinsfor Döri. Herten. Mesbo.* Anno 1538. filium ad obtinendam Geldriam à Carolo Egmondano ei reliquam omnibus modis adiuuit. *Rosar.* Anno 1539. vita excessir, reliquo successore VVilhelmo filio. *Chyren. Rosa. Erich.*

VVilhelmus 9. Iuliæ, 5. Cliviæ, ac 6. Montium Dux, vixit: *Vilhel:* Carolo 5. Ferdinando 1. Maximiliano & Rudolpho 2. Imperat. *Iulia. 5.* vxorem habuit Mariam Ferdinandi Imperatoris filiam, ex qua *iuia, ac* Carolum Romæ defunctum, Ioannem successorem, Mariam Leonoram Ducem Prussiæ, Annam Palatinam Neoburgicam, Magdalena Principem Bipontinam, & Sybillam Marchgræ uiam Burgauensem suscepit. Anno 1539. in Geldriæ Ducem magni populi applausu inaugurus est. *Pollius. alijs in numeri.* Anno 1540. Annam sororem, Henrico 8. Angliae Regi elocauit. *Sanderus. Ribad. Sponda.* Eodem anno impetrata publica fide à Ferdinandō Cæsare, Bruxellas vt Heuterus, sive Gandavum, vt *Surius*, ad Carolum Imperatorem, propter occupatam Geldriam rdo. sibi infensum transactionis causa frustra profectus est. Anno 1541. *Mari-* ad Gallorum amicitiam conuersus, Ioannam Nauarræam quasi *atha* *as.* vxorem duxit, quo Imp. in Comitijs Ratisbonensi agentem, magis offendit. *Schleidan.* Anno 1542. Martinum. Rossemium cum.





B
16
17
18
19



SCHEMA II.

cum milite in Brabantiam immisit, qui vltra 1000. pagos incensio assumpsit. *Surius. alij.* Anno 1543. Cæsarianos insigni prælio ad Sittardiam deuicit, & locis ab ijs occupatis, (excepto Heinsbergo, quod integrum anno frustra ob sedidit) rursum ciecit. *Steidan.* *Hente.* Eodem anno adueniente Imp. ex Italia, qui totus ira turgidus, ut Onuphij verbis vtar, in eum ferebatur, post Deuren armata manu expugnatam, pacem petiit, & impetravit. *Surius. alij.* Anno 1546. Mariam Austriacam Ratisbonæ vxorem accepit. *Piesford.* Anno 1547. Hermannum Archiepiscopum Coloniens, in hæres sim pro lapsu, ad relinquendum Episcopatum exhortatus est. *Er. ch.* Anno 1550. Adolphum Schauenbergensem Hermanno deposito substitutum, Coloniam cum maximo comitatu nobis lium deduxit. *Clesfor.*

Anno 1551. ordinationem, quo usque Iurisdictio Ecclesiastica in prouincijs suis permittenda sit, promulgauit. *L. P.* Anno 1554. sororem Sybillam Ioanni quondam Saxonæ Electori despontatam, amisit. *Rosa. Erich.* Anno 1555, modum, siue ordinem in iudicijs, & processibus obseruandum publicauit. Anno 1557. Annam sororem quondam Angliae Reginam amisit. *Rosa. Sand. Ribæ* Anno 1559. Priuilegium à Ferdinandō Imp. obtinuit, de non se parandis ditionibus suis, quam diu hæredes in linea descendenti superesse cōtingeret. *L. P.* Anno 1569. Collegium Canonicorum, quod Nidecker hæc tenus fuerat, Iuliacum vna cū corpore S. Christinæ Stommelensis traduxit. *Rosa. si que sita, ut enī Prudentio dicam.*

*Iuliacorum caput oppidorum,
Vrbs adorata cineres puellæ,
Obniam Christo rapiens ad aram
Porrigat ipsam.*

Anno 1573 Mariam Leonoram Alberto Brandenbergico Prussic Duci elocauit. *Palatina.* Anno 1574. Annam alteram filiarū Philippo Vilhelmo Palatino Neoburgico desponsauit. *Rosa.* Anno 1575, Carolum Fridericum filium, in quo maximam

SCHEMA II.

spem collocauerat, Romæ amisit. *Pighij.* Anno 1576. paci inter Ioannem Austriacum, & Status Belgicos in oppido Marchiensis confectæ, per Legatos interuenit. *Berce.* quod *Franciscus Leonardi ad annum sequentem refert.* Anno 1579. Coloniæ maximo Principum conuentui, qui pro pace incunda ibidem conuenerant, per internum suos pariter interfuit. *Iffelt. Beyer.* Eodem anno Magdalena tertiogenitam Ioanni Duci Bipontino coniunxit, *P. D.* Anno 1580. reducendis ad obedientiam Aquensibus, frustra cum Groesbeckano Leodiensi. Antifite laborauit. *Chapeau. Beeck.* Anno 1581. vxorem Mariam amisit. *Rosa.* Anno 1583 Ernestum Bauarum in locum Truchsesij depositi electum, Nouissim conuenit, eique omnia fausta ac felicia gratulatus est. *Iffelt. Bochol.* Anno 1586. Aemiliam sororem amisit. *Rosa.* Anno 1587. Mulhemium frustra in oppidum redigere conatus est. *Mer. Gallo Bel.* Anno 1590. Ioannem Thenium Praefectum Aquensibus designatum eodem dimisit, qui magno plausu Catholicorum exceptus est. *Chapeau. Beeck.* Anno 1592. ipso Epiphaniæ, horam circiter decimam vespertinam, Dusseldorpii placide ex hac vita sublatus est, relicto successore Ioanne secundogenito.

Ioannes VVilhel. decimus Iuliæ, sextus Cliviæ, ac septimus Montium Dux, vixit Rudolpho 2. Imp. vxores habuit Iacobam Badensem, & Antonettam Lotharingicam, sed ex quibus sobolem non suscepit. Anno 1585. relicto Episcopatu Monasteriensi, cui decem annos præfuerat, nuptias cum Badensi Dusseldorpii, concurrente tota germanica nobilitate, celebrait. *Beyer.* Anno 1596. cum Coloniensib^o, quod missis ad Hagam Comitis Legatis nihil præter verba dari videret, de non permittendo Hollandis transitu, fœdus percussit. *Chapeau.* Anno 1597. Iacobam vxorem nescio quo fato amisit. *Rosa.* Anno 1598. dum in rebelles Asquenses executionem sibi & alijs à Cæsare demandatam pararet, sola authoritate eos ad obedientiam reduxit. *Chapeau.* Eodem anno mortuā VValpurgi Neuuenarij ac Meursij Comite, in possessione tanquam sanguine proximior successit. *Rosa.* Anno 1599. Antonettam secundam vxorem accepit. *Idem.* Anno 1600. *Cosmitæ*



certum est hanc Jacobam in arte dyseldorpiensi in sua regnum traxisse
namque in anno ob eponem adulterii cum quodam Hieronymo von Hall
duo Laugffnius aliquae multa deuotatae cœperunt.

falsum



B. 1. 1.
150
160
C.
H.

"Junioris
Anna Ruperti Comitis Palatini, Bavariae Ducis filia ac. 1363. 3^o d^r Szwarc Dob ung^{pr}
~~z~~ tag vor St. Urbani iung Wilhelmo de Juliano Comiti mont^{net Ravensberge} desponsata. Vide Rep^{pl}
Insigniorum p[re]f[er]mib[us].
¶ Gerhardum Praepositum et archidiaconum Coloniensem
"aquisgrani
Ac. 1380. iudictione 3. nona Calend. Junij, Wenceslaus Romanus Rex Wilhelnum de
Juliano Comitem montium in Prinzipem et Duxem Montensem creavit. ex literis
originali:



S C H E M A III.

miratu Moersensi à Mauritio, qui se hæredem ex testamento dis-
cebat, exutus est. *Lanarius*. Eodem anno vxorem sociam in regis
mine iuxta decretum Comitiorum Iuliacensium admisit. *Rosa*.
Anno 1605. cum Aquensis varia causantibus frustra in Mona-
sterio S. Cornelij ad Indam transigere conatus est. *Beeck*. Anno
1606 contra eosdem, quod vxori ingressum in urbem denegat-
sent, bello agere constituit. *Idem*. Anno 1608. cum iisdem inter-
uentu Electoris Colon. & Mantuanii Principis pacifice transegit.
Chapeau, Boyer. Anno 1609. languido, ac diutino morbo laborans,
placida quidem, sed improvisa morte, 25. Martij extinctus est.
nullis relictis liberis. *Idem*.

S C H E M A TERTIVM,

D E D V C I B V S M O N-

T E N S I B V S , AC IV .

I L I A C E N S I B V S .

*vide Annales colonienses pa-
rii.*

WILHELMVS Gérardi Iuliacensis filius, pris *V Vilhel-*
mus Montium Dux, vixit Carolo IV. *V Venceslao*.
mus I. ac Ruperto Bauaro Imperatoribus, vxorem *Montiu-*
habuit Annam Ruperti Palatini filiam, ex quaq*Dano-*
Adolphum successorem, Rupertum, & *V Vilhel-*
num Episcopos Paderbornenses, & Margare-
tham filiam suscepit. Anno 1360. parenti in regimine successit.
Rosa Anno 1371. Bello Iuliacen*s*i interfuit. *R adul de rivo*. Anno 1379.
filiam Margaretham Ottoni Duci Brunsvicensi elocauit. *Rosa*.
Anno 1389. a *V Venceslao* Imperatore in Ducem sublimatus est.
*Rofar. manuscr. quod Heuteru in Genealogia Clivensi male ad *V Vilhel-**

num primum, Iulie Duce refert. Anno 1392. Dusseldorpij Collegium

Canoniz.

Collegium Canonicorum Dusseldorpij institutum est ab d.



S C H E M A III.

Canonicorum instituit. Rosa. sed Cleinsor. anno 1394. Anno 1394.
Rupertum filium Episcopum Paderbornensem amisit. Cleinsor.
Anno 1397. ingenti victoria ab Adolpho Cliuiæ Comite superas-
tus est. Anna. Cl. alij. Anno 1400. cum Ioanne Lossensi Heinsber-
gi D. bellum super Toparchia Leuenbergensi suscepit. Anna.
Colon. Anno 1403. à filio Adolpho custodiæ mancipatus est. Gobe.
Anno 1404. proscripto ab Imp. Ruperto filio, ad quem vtpote,
fratrem vxor eius Anna profecta fuerat, libertatem recepit.
Idem. Anno 1408. ex hac vita abijt, relieto successore Adolpho
filio.

Adolphus.
J. Iuliæ.
ac 2.
Montiæ
Dux.

Adolphus 5. Iuliæ, ac 2. Montium Dux, vixit Ruperto Bauaro,
ac Sigismundo Imp. vxorem habuit Iolandam Roberti Ducis
Barrensis filiam, ex qua Rupertum vnigenitum suscepit, *Mers.*
Anna. Col. & *a Ms. unde Erichi. reprobendas,* qui ei Annam Bavaricam
attribuit. Anno 1394. castra, quæ patens in captiuitate Adolpho
Cliuiæ Comiti cesserat, armata manu recuperavit. *Rosa.* Anno
1403. patrem VVilhelnum diuturni imperij pertæsus custodiæ
mancipauit. *Gobel.* *Annal. Colon.* *Cleins.* Anno 1404. ab Imperatore
Ruperto auunculo proscriptus eundem libertati restituit: *idem.*
Anno 1405. contra Fridericum Archiepiscopum Coloniensem
Ducatum cum ciuibus inuadeitatem fortiter depugnauit. *Magn.*
Chron. Belg. Anno 1406. pace inter partes confecta Marschalcus
Diocesis ultra Rhenum constitutus est. *Idem.* Anno 1408. patri
defuncto successit. *Rosar.* Anno 1414. fratrem VVilhelnum à
nonnullis in Archiepis. Colon. electum, egregie adiuuit. *Mag.*
Chron. Belg. *quod tamen male VVilhelnum nepotem Adolphus vocat.* An-
no 1417. in terram Barrensem ratione Iolandæ vxoris sibi debi-
tam profectus, commeatu deficiente inglorius redire compul-
sus est. *Anna. Colon.* Anno 1423. defuncto Reinoldo 4. Iuliæ, acs.
Geldriæ Duce, absque liberis, iu vtoque Ducatu Successor decla-
ratus est: yerum opponente se Arnoldo Egmondano, & Geldri-
Mag. Chro. Bel. Anno 1424. secundò in terram Barrensem profectus,
proditione suorum captus, ultra annum detentus est, donec ad-
uenicas



3



P
12.
sl.
e!
28



SCHEMA III.

13

ueniente filio Ruperto, & ius paternum abiurante, libertati restitu-
turus est. *Anna. Colo. Rosar.* Anno 1425. intendationem Iuliæ ac
Geldriæ ab Sigismundo Imper. obtinuit. *Rosar.* Anno 1426. filio
Ruperto Mariam Haricourtiam viduam Reinoldi &c. Coloniæ
summa cum celebritate coniunxit. *Anna. Col. & Ms. unde erroris
Münsteri, & Quadi corrigas, quae cōparētis Adolphi tribūnūt.* Anno 1431
Comitijs Nurenbergensibus, in quibus Autea Bulla Sigismundi
Imp. publicata est, vna cum filio interfuit, & litteras confirmas-
torias pro Ducatibus Iuliæ, ac Geldriæ obtinuit. *Rosar.* *Goldastus in
Const. Imp.* Anno 1433. litteras bannales, & exbannales contra
Egmondanum proclaimari procurauit; sed illè jis neglectis ter-
ram Iuliacensem misere quâ ferro, quâ flamma deuastauit. *Anna.
Colon. Rosar.* Anno 1434. filium Rupertum item contra Egmons-
danum Nurenberge prosequentem amisit. *Ms. quatenus in annos ad
ruant.* Anno 1436. inducias 4. annorum cum Egmondano pactus
est. *Anna. Colon.* Anno 1437. Coloniæ in Abbatia S. Panthaleo
nis vita excessit, nullis relictis libertis. *Rosar. alij.*

Gerardus Adolphi ex fratre VVilhelmo Rauensbergi Comis-
te nepos, 6. Iuliæ, ac 3. Montium Dux, vixit Alberto Austriaco,
& Friderico 3, seu potius 4. Imp. vxorem habuit Sophiam Saxo-
nicam, ex qua VVilhelmu successorem, Adolphum ante Pa-
trem defunctum, Sophiam nuptam Bernardo Principi Anhaltis-
no, & Annam Ioanni Comiti Saruerdensi sivecepit. *Rosar. Geneal.*
Comitem Meursium. Erich, qui tamen dubitat utrum Gerardus
nepos, an frater Adolphi fuerit. Ceterum non dissimulabo hoc
loco quid Dinæus rerum Brabanticatum lib. 1. cap. 4. de hoc
Gerardo tradat, nempe nupsse ei Ioannam Nassauenem, sis-
mulque pro dote Disthemium attulisse; sed id longè à vero abest,
cum Rosario, alijsque testibus Elisabetha illa dicta sit, & non
Gerardo, verum VVilhelmo filio coniuncta fuerit. Scio quidem
nonnullos quoque idem affirmare, vnde, ut verum fatear, in
quam partem inclinem, dubius adhuc & vacillans hæreo. Sed ista
alio loco referemus. Anno 1442. Gerardus confirmationem in
scudationis, quam à morte Adolphi acceperat, à Sigismundo
C *Imp.*



SCHEMA III.

¹⁴ Imp. obtinuit. Rosar. Anno 1444. ipso S. Huberti insigni, ac memorabili victoria Egmondanum deuicit, vnde dies ille subditis solennis, ac sacer deinceps fuit. *Annal. Col. Rosar. Anno 1445* cum vxore Sophia Monasterium Cruciferorum Dusseldorpi exxit, credo in memoriam nobilissimæ victoriæ. Rosar. Anno 1456. filium VVilhelnum suscepit. *Idem. 1458.* filium Adolphum. *Idem. Anno 1468.* castrum Montioium 4. circiter septimanas obsedit, sed propter Ducem Brabantiae id relinquere compulsus est. *Anna. Colon. An. 1470.* filium Adolph. in expugnatione castri Tomborchiamisit, quamuis Rosar. eum Anno 1473. in festo S. Lamberti ante nuptias cum Maria Cliuensi contrahendas decessisse velit. *Anna. Colon. Anno 1473.* acceptis 8000. florenorum Rhenensium millibus, jus quod in Geldriam, & Zutphaniam prætendebat, in Carolum Burgundiæ Ducem transtulit. *Maffe. Heuse. Bara land. Munst.* quis ramon parum inter se conueniunt. Anno 1475. relictus VVilhelmo filio successore mortuus est. *Mf. quod Rosar. ad 18. Augu sti anni 1479. refert.*

VVilhelmus Gerardi filius, 7. Iuliæ, ac 4. Montium Dux, vixit Frederico 3. & Maxemiliano 1. Imp. vxores habuit Elisabetham Nassauensem, Heinsbergi, Diesthemij, Sichemij, ac Leusuenbergi hæredem^f, item Sibyllam Brandenburgensem, ex qua Mariam filiam unicam suscepit. Rosar. Anno 1477. nuptijs Maximiliani, & Mariae Burgundiæ Gandaui interfuit. Hente. Eodem anno pacem inter Rupertum Palatinum Archiepis. Colonienf. & Canonicos summa ædis composuit, *Langius. Bochol. Anno 1479.* priorem vxorem amisit. Rosar. Mf. Anno 1481. secundam accepit. Rosar. Mf. Anno 1484. Heinsbergam, quod ingenti pecuniæ summa acquisicerat, terræ Iuliacensi in perpetuum adiunxit, & incorporavit. L. A. Anno 1485. infra foundationem de Ducatibus suis Aquisgrani à Frederico Imp. accepit. Rosar. Anno 1489. nouum vestigal ab Imp. obtentum, abrogaturum se, nec aliud præter consueta introducturum promisit, eo quod ordines patriæ, tum ad Maxemilianum in Belgium deducendum, tum cunctem captiuitatem Brugensi liberandum, sumptus liberaliter admisit.



F Vide infra schemate 4. m̄ fñi.



P
H
I
C
P



SCHEMA IV.

15

